



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

CActerum quòd diximus quid tenendum & quid non tenendum sit facillè posse deprehendi mutua collatione doctorum, Conciliorum, Traditionum, & catholicarum consuetudinum, id ipsum Vincentius Lirinensis in præmemorato libello declarat, dum docet in ipsa catholica ecclesia magnopere curandum esse, vt id teneatur, quod ab omnibus creditum est, hoc aut fieri, si sequamur consensionem, si in ipsa vetustate omnium, vel penè omnium sacerdotum pariter & magistrorum, definitiones sententiasq; sectemur. Si ergo (inquit) in ipsa vetustate consensionis, duorum aut trium hominum, vel certè ciuitatis vnus, aut etiam prouinciæ aliquius error deprehendatur, tunc omnino curabit catholicus, vt paucorum temeritati vel inscitæ, si qua sunt vniuersaliter antiquitus vniuersalis concilij decreta præponat. **CA.** Quid si tale quod emerit, de quo nihil statutum aut decretum inueniat? **OR.** Tunc (secundum eiusdem sententiam) operam dabit, vt colla-

Patrum
mutua col
latione fa
cile posse
deprehen
di quid te
nendum,
et quid nō

IOANN. SLOT. GEF.

tas inter se maiorum consulat interrogetque sententias, eorum duntaxat, qui diuersis licet temporibus & locis, in vnus tamen catholice ecclesie communi-
one & fide permanentes, magistri probabiles extiterunt, & quicquid non vnus aut duo tantum, sed omnes pariter vno eodemque consensu, aperte, frequenter, perseueranter, tenuisse, scripsisse, docuisse cognouerit, id sibi quoque intelligat absque vlla dubitatione credendum. Et iterum inquit: Itaque cum primum mali cuiusque erroris putredo erumpere ceperit, & ad defensionem sui, quedam sacre legis verba furari, eaque fallaciter & fraudulententer exponere, statim interpretando canoni, maiorum sententia congreganda sunt, quibus illud quodcumque exurget nouitium, ideoque prophanium, & absque vlla ambage prodatur, & sine vlla retractatione damnetur. Sed eorum duntaxat sententia conferenda sunt, qui in fide & comunione catholica, sancte, sapienter, constanter viuentes, docentes & permanentes, vel mori in Christo fideliter, vel occidi pro Christo

DI
sto felic
hac leg
omnes
manife
velut q
strorum
do, trac
bitato, c
vero, q
quamui
& marty
tra omn
& occul
commu
teta au
mo eter
legam h
consuet
antiqua
nouitiu
presum
tate ecc
emplum
cilij, qu
Ephesur
risimis

sto feliciter meruerunt. Quibus tamen
 hac lege credendū est, vt quicquid vel
 omnes vel plures, vno eodemque sensu
 manifestè, frequenter, perseueranter,
 velut quondam consentiente sibi magi-
 strorum Concilio, accipiendo, tenen-
 do, tradendo firmauerint, id pro indu-
 bitato, certo ratoq; habeat. Quicquid
 verò, quamuis ille sanctus & doctus,
 quamuis episcopus, quamuis confessor
 & martyr, præter omnes, aut etiam con-
 tra omnes senserit, id est, inter proprias
 & occultas & priuatas opiniunculas, à
 communis & publicæ generalis senten-
 tiæ autoritate secretū sit, nec cū sum-
 mo æternæ salutis periculo, iuxta sacri-
 legam hæreticorum & schismaticorum
 consuetudinem, vniuersalis dogmatis
 antiqua veritate dimissa, vnius hominis
 nouitium sectemur errorem. Quod ne
 præsumptione magis sua quàm autori-
 tate ecclesiastica docuisse videatur, ex-
 emplum postea adhibet sancti Con-
 cilij, quod eius tempore in Asia apud
 Ephesum celebratum fuerat, viris cla-
 rissimis Basso Antiochoque consuli-

IO ANN. SLOT. GEF.

Ephesini
concilii
factum cō
mēdabile.

bus. Vbi quum de fanciēdis fidei regu-
lis disceptaretur, ne qua illic forsitan p-
phana nouitas, in modum perfidiæ A-
riminensis obreperet, vniuersis sacer-
dotibus, qui illo ducenti ferè numero
conuenerant, hoc catholicissimum fi-
delissimum, atque optimum factu vi-
sum est, vt in medium sanctorum pa-
trum sententię proferrētur, quorum a-
lios martyres, alios confessores, omnes
verò catholicos sacerdotes fuisse & per-
mansisse constaret, vt scilicet ritè atq;
solemniter ex eorum consensu atque
decreto, antiqui dogmatis religio con-
firmaretur, & prophanæ nouitatis blas-
phemia condemnaretur. Quod quum
ita factum foret, iure meritoque impi-
us ille Nestorius, catholicæ veritati cō-
trarius, beatus verò Cyrillus, sacrosan-
ctæ antiquitati consentaneus, iudicatus
est. Et vt ad fidem rerum nihil deesi-
set, etiam nomina & numerum ædide-
runt eorum patrum, iuxta quorum or-
dinem ibidem concinentem sibi cōcor-
demque sententiam, & legis sacræ e-
loquia exposita sunt, & diuini dog-
matis

DE
matis
deinde
ibidem
fluum
fertissi
episto
stum f
stantin
re eos
dum, f
in cath
ferant,
rueran
profer
sicut N
ita eti
lulat, a
thyces
pios (v
hæreti
Appol
ta hur
tate, t
Christi
Releg
sancti
7200

DE RETI. FIDE ORTH. 126

matis regula constabilita est. Quos
 deinde ad confirmandam memoriam
 ibidem recensere nequaquam super-
 fluum putauit. Pari modo etiam di-
 fertissimus & sanctissimus Papa Leo
 epistola 33. ad Theodosium Augu-
 stum scribens, iubet Anatholiū Con-
 stantinopolitanum Episcopum, lege-
 re eos qui ante se per vniuersum mun-
 dum, siue Græca, siue Latina lingua
 in catholicæ veritatis prædicatione ful-
 serant, & adhuc florebant, vel iam flo-
 ruerant, de quorum scriptis multiplex
 profertur (inquit) instructio. Quæ
 sicut Nestorianam hæresim destruxit,
 ita etiam hunc qui nunc malè repul-
 lulat, abscidit errorem, nimirum Eu-
 thyces denotans errorem, qui per im-
 pios (vt inquit epistola 83.) veterum
 hæreticorum volutatus errores, tertiū
 Appollinaris dogma delegit, vt nega-
 ta humanæ carnis atque animæ veri-
 tate, totum dominum nostrum Iesum
 Christum, vnius asserat esse naturæ.
 Relegat itaque, inquit, sollicitè, quæ à
 sanctis patrib. incarnationis dominicæ

R 4 fides

IOANN. SLOT. GEF.

fides fuerit custodita, semperque simili-
liter prædicata, & cum sanctæ memoriæ
Cyrilli Alexandrini Episcopi epistola
(qua Nestorium corrigere & sanare
voluit, prauas prædicationes ipsius ar-
guens, & euidentius fidem Nicenæ de-
finitionis exponens, quanquam ab eo
missam Apostolicæ sedis scrinia susce-
perant) præcedentium sensui perspexerit
consonantem, Ephesinæ etiam syno-
di gesta recenseat, quibus contra Nesto-
rij impietatem, à sanctæ memoriæ Cy-
rillo inserta & allegata sunt, de incarna-
tione domini catholicorum testimonia
sacerdotum. Non aspernetur etiam me-
am epistolâ recēdere, quæ pietati patrū per
oīa concordare reperiet. Cūq; à se hoc,
quod eidem profuturū sit, expeti, desi-
derariq; cognouerit, catholicorum sen-
tentijs toto corde consentiat, ita ut syn-
ceram cōmunionis fidei professionē ab-
solutissima subscriptiōe, corā omni cle-
ro & vniuersa plebe declaret, apostolicę
sedi & vniuersis domini sacerdotibus,
atque ecclesijs prædicandam. Epistola
69. ad Martianum Augustum scri-
bens,

DE
bens,
antistit
ad sanē
eum in
August
rum m
disputa
tum or
uulos b
catoru
tur in C
4. cont
ad Bon
tra Iuli
2. per t
de spir
29. vbi
ecclesi
menda
dogma
que H
um scr
uincer
teruan
opposi
probar

bens, protherium Alexandrinæ vrbs
 antistitem remittit ad epistolam suam,
 ad sanctum Athanasium, & ad alios qui
 eum in illa fede præcesserant. D. quoq;
 Augustinus idem facit lib. 3. de peccato
 rum meritis & remissione cap. 5. 6. & 7.
 disputans contra Pelagianos, qui pecca
 tum originale negabant, & dicebāt par
 uulos baptizari, non vt remissionē pec
 catorum acciperent, sed vt sanctificarē
 tur in Christo. Idem facit etiam libro
 4. contra duas epistolas Pelagianorum
 ad Bonifacium cap. 8. & c. Et lib. 1. con
 tra Iulianum Pelagianum cap. 2. & lib.
 2. per totum. Idem quoq; D. Basilius li.
 de spiritu sancto ad Amphilochiū cap.
 29. vbi totam antiquitatem scriptorum
 ecclesiasticorum in vnum congerit, cō
 mendans maximè per eos ecclesiastici
 dogmatis veritatem. Sanctissimus quo
 que Hieron. contra Heluidium, cum e
 um scripturæ autoritate in multis con
 uincere non posset, totam in illum ca
 teruam Ecclesiasticorum doctorū, qui
 oppositas partes tenuerunt, congersit,
 probans subinde per hos, Heluidij sen
 tentiam

IOANN. SLOT. GEF.

tentiam doctrinæ Ecclesiasticæ contradicere, ac subinde hæreticam esse. Eusebius etiam lib. 5. cap. 27. suæ historia, cum de quodam Theodato, qui hæresim illâ Pauli Samofatheni contra Christi diuinitatem renouauit, mentionem facit, quendam Ecclesiasticum scriptorem introducit Heraclæum sextum, seu Arabianum nomine, qui illa tempestate in Ecclesia florebat, affirmâs ipsum per traditionem Ecclesiæ, dogmati illius hæretici contrariam, prædictum Theodatum, confutasse, qui traditionem illam probauit magisterium spiritus sancti esse, eod quod Apostolici viri Clemens, Iustinus, Melchiades, Mellito & alij scriptores Ecclesiastici, diuinitatem Christi in suis scriptis confessi sunt, hos enim scriptores ibi numerat. Item Socrates libro 6. Trip. Histo. cap. 20. reddens causam Alexandrini Concilij, scriptorum sanctorum communem sensum proponit, tanquam dignum qui ab omnibus fidelibus reuerenter excipiatur: Sic, inquit, velut illa Synodus decreuit omnes antiqui sermonis scripturam nobis probatis.

DI
bati
us, Cl
polite
insup
Origo
anima
doctr
ti in p
tho e
nodio
nostr
litas,
sum a
fiastic
hibui
nardu
que e
citan
su fre
tinui
cund
pam
Eccle
nerit
se se
rium

batissimam reliquerunt. Nam Irenæus, Clemens, Apollinaris, Papias Hierapolites, Serapion Antiochiæ præsul, insuper Berillus Philadelphiæ præsul, Origenes in Genesin, Phamphilus animatum verbum dixerunt. Quorum doctrina hic allegata, pars est decreti in præfata synodo promulgati. Agatho etiã venerabilis, in decreto illo synodico, super duplici volütate domini nostri Iesu Christi contra Monotheitas, sanctorum scriptorum consensum allegat, putans dogmati Ecclesiastico magnum robur in hoc se adhibuisse. Denique etiam Diuus Bernardus idipsum facit, maximè in ea quæ est ad Hugonem epist. 77. in qua citans aliquot doctores, eorum consensu fretus, cõtra hæreticos se causam obtinuisse magna fiducia putat. Itaq; si secundũ prædicta consulere voluerit quispiam patres Orthodoxos, & antiquos Ecclesiæ sanctos doctores, & eos inuenit in vna veritate conuenisse, illũ esse sensum Ecclesiæ, & spiritus s. magistrum nullatenus addubitare debet. Ex quo

Consensio
patrum
spiritus s.
est magi-
sterium.

quo

IOAN. SLOT. GEF.

quo enim magistri sunt fidei à Deo destinati, sententia eorum quasi spiritus sancti magisterium est retinenda. Nam alias non ad docendum, sed ad seducendum essent à Deo ecclesie sue concessi. Porro si vnanimis omnium doctorum sententia tanquam spiritus sancti magisterium est retinenda, nequaquam licebit omnibus in vna re concordibus sanctis doctoribus contradicere, eò quod concors omnium sacrorum doctorum de re aliqua sententia, non minoris efficacitatis sit ad hæresim aliquam reuincendam, quam est ecclesie in Concilio congregatæ definitio. Non enim credibile est, vt Deus illos omnes errare permitteret, imò non est credendum vlllo pacto, eos in vnam eandemque venisse sententiam, nisi à spiritu sancto, vno eorum omnium magistro fuissent edocti. Quòd enim olim Philosophi inter se discordes fuerunt, quòd inter eos minimè conuenit, item quòd hæretici inter se diuisi sunt, inde prouenit, quòd proprio ducantur spiritu, alieni à ducatu spiritus sancti. Nostri autem sancti doctores,

DI
res, qu
semp
cti, in
corde
randa
licet t
rati, in

C
cipio
fensio
cõfiste
tè pen
stroru
tentijs
Non d
detre
obiect
æstima
tuæ fat
hac re
lorum
state or
rum su
onibus

res, quoniam à spiritu sacro (qui vnus
semper & vbique est) moti sunt & edo-
cti, in rebus ad salutem necessarijs con-
cordes fuere. Et eò magis eorum admi-
randa concordia est, quo ex his plures,
licet temporibus & locis & linguis sepa-
rati, in vnã sententiam conuenerunt.

CAPVT III.

CACO. Diuertere videris à propo-
sito ac declinare ab eo, quod prin-
cipio probandum erat, nimirum con-
sensionem gentium atq; populorum,
cõsistere in vetustate omnium aut cer-
tè penè omnium sacerdotum & magi-
strorum, qui in definitionibus atq; sen-
tentijs suis vnanimis fuerunt. ORTO.
Non deflecto charissime à scopo, neq;
detrecto probare quod assumpsi, sed
obiection tua me longius protraxit quã
æstimaueram. Dum enim obiectioni
tuæ satisfacere cupio, fusius tecum de
hac re egi. Porrò quòd consensio popu-
lorum et que gentium consistat in vetu-
state omnium, aut penè omnium docto-
rum siue magistrorum, qui in definiti-
onibus suis vnanimis fuerunt, vel hinc
liquet,